ecclę epo. Eberiso mimidonensis ecclę epo. Hildiboldo
mimigarde uurdensis ecclę epo. Uuaraberto tun
grensis ecclę epo. Uolgberto camaracensis ecclę
epo. Ruodulfo lugdunensis ecclę epo. Michaele
radesbonensis ecclę epo. Adalberto lauriacensis eccle
epo. Liopdago ripuensis eccle epo. Otredo slieuuicensis
ecclę epo. Reginbrando arusuensis eccle epo. Cum coetu
abbatum. canonicorum. necnon & monachorum. unius spiritus amo
re feruentium. quatenus celitus adminiculati zizania
diuini cultus agro ab inimica manu superseta. Canonica
rum sarculis sententiarum radicitus extirparent. Igitur
recitato primitus euuangelio oramineque finito & sanctorum
canonum quamplurimis institutionibus linguarum clauibus
coram reclusis missus apostolicę sedis cartam suę lega
tionis honorifice protulit. In qua pro debito reuerentię
domno romano pontifici exhibendo commonitis ut uni
uersalis ecclę puppis exoptatę tranquillitatis por
tui secura succedat. seque per celoso tribulationum turbi
ne uexari diutius non timeat. Significatum est autem
in eiusdem recitaminis sententia predictum presulem ma
rinum ab ipso uniuersali papa tali tenore ad nostros fi
nes directum fuisse quo in omni ecclesiasticarum legum
discussione ipsius existens uicarius quecumque li
ganda essent apostolica auctoritate ligaret.

Stuttgt. LB. HB VI 114, f. 132r

Re...duktionsrecht bei der
W... ...sbibliothek Stuttgart
Si...tur: HB VI 114
Film Nr:
Aufnahme: fol 132r

&que ſoluenda uiderentur parili ſoluerent poteſtate. huiusmodi procul dubio affaminis tam ſalubri miſtico glorioſiſſimi reges patricii pontificibus omniumque clero congratulantes indignum fuit ſe in omnibus conſentire & obedire profeſſis. A quibus auctorante & confirmante legato apoſtolico capitula ſubſequentia ſtatuta sunt. Dehinc ex ſeſſionis ſue loco ſe ſubrigens inclitus rex ludouuicus ad preſentiam ſereniſſimi regis otonis totiusque sanctiſſimi concilii unanimitatem ſatis lacrimosi conqueſtus protulit querimoniam uidelicet quod regia priuaretur poteſtate a quodam principe hugone nominato quondamque ſibi ſubiecto. Cuius anxietati & multimode reclamationi condolentes in unitate spiritus coadunati sanctiſſimi patres iſtius modi ſuper hac re ſententiam protulere.

Nullus deinceps regiam poteſtatem popularis preſumat ſeu aliquam perfidie maculam ſibi fallaciter exhibere. Decreuimus enim toletani concilii iudicium exequendo Hugonem regis ludouuici regni inuaſorem & raptorem excommunicationis gladio feriendum niſi forte tempore ſtatuto ad ſynodale concilium ueniat & a tam nefaria proteruitate ſatiſfaciendo reſipiſcat.

Sh.Hgt. LB. HB VII 114